D. IOSEPHO DE LEYZA ERASO, FILIO, SVPREMO SENATORI MEDIOLANI, TORQVATO EQVITI MILITIÆ DE ALCANTARA, CATHOLICÆ MAIESTATIS A CONSILIIS.

MAGNIFICVS PATER IOSEPHVS, Aragoniæ Præses Cancellariæ, salutem.

QVI regis Insubriæ populos, & sceptra gubernas
Lombardæ gentis, nutans qui oracula formas,
Sub Duce BELLONO, qui fascibus arma ministras
Exaudi: Longam Pater eminùs Vrbe salutem,
Cæsaris emittit; prudens documenta reportat.
Principio timor ipse Dei tua numina mentis
Accendat; sacrum, flammis spirantibus, imbrem;
Hic juvenum, linguasque Senum facit esse dissertas.
Iustitiam cole semper amans, ea causa secundis
Præferat: æquali sub pondere cuncta reforma.
Corripe grassantes, côhibeto ad frœna potentes,
Imperium dum MELGAR habet, qui proles Olympi
Principis excelsi fasces, ensemquè maritat
Pace regens calamum, bello si fulmina vibrat.
Torva reis facies, non sit comes, horrida fulvis.

Crimina nê ſerpant, in cunis guttura ſcindes,
In cauſis marceſcat ovans, magè gliſcat egenus;
Nil præſtet, quod dives opum; ſua dona tumentes,
Fœta dolos ſimulant; nutriunt contagia laudis.
In pœnis cunctare potes, ſi conſulis iram.
Præmia digna feras manibus, nequè munera, pigris.
Soſpes eas miſeris, cuiuſque in pectore regnes.
Pone necem liti; vita eſt longiſsima thecnis:
Gaudia tarda nocent, dat victima prompta ſalutem.
Decretum revocare valet, qui præcoce juſſu
Iura dedit, repetunt nuſquam nova tempora lapſum.
Aſsiduos nodos mora duplicat; improba, lites
Æternas vſura facit : matura reſolve.
Protinûs in lucem pandes reſoluta viciſsim,
Fata regunt cauſas ; quam plures ſydera, vultu
Trina levant, experta loquor, Patre Conſule diſcis.
Sit ſtata certa dies generans de Solibus vmbram.
Horrida, perquirant aliquando, Theatra quietem,
Elige quid medium, vitijs ſi extrema repugnent.
In dubijs exempla juvant : reſponſa Senatus
Conſule ; Cœleſtes Aſtræa, creavit, alumnos
Provida Romuleos Proceres, gentemquè Togatam,
Queis comes in Throno germanâ luce coruſcas.
Non jubet iſta Pater, lachrymis rogat intùs obortis.
Fiet vt æternis renoves mea pignora faſtis.
Faxit vt Inſubriæ Genitoris dogmata, ſerves
Poſt gelidos Manes etiam, veneranda, ſepulchro.

***

Inclyta fama tui niveos, ignîta per, Alpes,
Celtarum ſonat ære plagis, tonat igne refulgens,
Nèc ſaciata globo telluris ad Aſtra cucurrit.

Crimina nè serpant,in cunis guttura scindes,
In causis marcescat ovans,magè gliscat egenus;
Nil praestet,quod dives opum,sua dona tumentes,
Ficta dolos simulant;nutriunt contagia laudis.
In poenis cunctare potes, si consulis iram.
Praemia digna ferat manibus, neque munera, pigris.
Saepes eas miseris,causisque in pectore regnes.
Pone necem litis;vita est longissima decenti:
Gaudia tarda nocent,dat victima prompta salutem.
Decretum revocare valet,qui praecoce jussu
Iura dedit,repetunt nusquam nova tempora lapsum.
Assiduos nodos mora duplicat,improba lites
Aeternas usura facit : matura resolve.
Protinus in lucem pandes resoluta vicissim,
Fata regunt causas; quam plures sydera,vultu
Trina levant,experta loquor,Patre Consule dictis.
Sit ista certa dies generans de Solibus vmbram.
Horrida,perquirant aliquando,Theatra quietem.
Elige quid medium,vitijs si extrema repugnent.
In dubijs exempla juvant : responsa Senatus
Consule ; Caelestes Astraea creavit alumnos
Provida Romuleos Proceres,gentemque Togatam,
Queis comes in Throno germanâ luce coruscas.
Non jubet ista Pater,lachrymis rogat intùs obortis,
Fiet ut aeternis renoves mea pignora fastis.
Faxit ut Insubriae Genitoris dogmata serves
Post gelidos Manes etiam,veneranda,sepulchro.

* * *

Inclyta fama tui niveos,ignita per,Alpes,
Celtarum sonat aere plagis,tonat igne refulgens,
Nec satiata globo telluris ad Astra recurrit.